



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

42 Idem, quod supra, num. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 41 Hodie verò † pius stylus inolevit, quo Univerſitates ad huiusmodi infeſta, & damnoſa animalia expellenda, & agrorum fertilitatem à Deo impetrandam à ſummo Pontifice generales facultates abſolvendi obtinent, quarum vigore Epifcopus pontificaliter indutus, vel Vicarius generalis abſolutionem concedit tenoris infraſcripti.
- 42 Univerſitates, † & Homines huius terræ N. hac vice auctoritate Sanctiſſ. D. N. Pauli Papæ V. nobis in hac parte conceſſa abſolvimus à quibuſvis excommunicationis, ſeu maledictionis ſententijs, cenſuris, & pœnis quocumque modo per eos ignorantèr incurſis, ſine tamen alicujus præjudicio.
- 43 Item ex parte Omnipotentis Dei, ac dicti Sanctiſſ. D. N. Papæ omnium dictæ Terræ perſonas utriuſque ſexus agror, poſſeſſiones, & bona quacumque benedicimus.
- 44 Præterea omnibus ijs, qui conſeſſi, & contriti poſt expletum jejunium, ſacram Communionem ſumpſerint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remiſſionem concedimus, & elargimur.

BENEDICTIO SEMINVM OLEORVM & Leguminum.

Adjutorium noſtrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobifcum, &c.
Oremus.



DE Domine petimus, & rogamus, ut hæc ſegetum, fructuum, oleorum, leguminum, & herbarum ſemina oculis tuis ſerenis aſpicias, ſicut enim teſtatus es Moysi ſamulo tuo in Terra Aegypti, dicens: dic filiis Iſrael. cum ingreſſi fuerint terram Promiſſionis, quam eis Dominus Deus daturus eſt, primitias frugum ſuarum offerant ſacerdotibus, & erunt benediſta, ita, & nos oramus Domine auxilium miſericordiæ tuæ ſuper hæc ſemina, ex quibus fructus de terra ſuſcipere ſperamus, ut non grandio illa ſuccidat, non turbo tempeſtatis detruncet, non aquarum inundatio abducat, non aëris immutatio exterminet, ſed tua ſancta bene † dictione munita, fructifera, & ſuperabundantiæ propter animarum, & corporum humanorum utilitatem, & uſum ad pleniffimam maturitatem perducere digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Aspergatur aqua Benediſta.

Oremus.

PReces noſtras, quaſumus Domine clementer exaudi, ut qui juſtè pro peccatis noſtris affligimur, & avium, vermium, murium, locuſtarum, & aliorum animalium perſecutionem partimur, pro tuæ nominis gloria, ab ea miſericorditer liberemur, ut procul à tua potentia expulſi, nulli noceant, & hos campos, agror, poſſeſſiones, vineas, prædia, & aquas in tranquillitate dimittant, quatenus ex eis ſurgentia, & orta tuæ majeſtati diſerviant, & noſtra neceſſitati ſubſerviant. Per Chriſtum, &c.

Ore.